



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

Cap. V. Ad orationem recurrere, magnum & efficax remedium esse ad
tristitiam profligandam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40093

sur, ac per modos varios rerum alternantium mutabilitate versatur. Religiosus vero qui in differens est ad quicquid quod obedientia ordinat, in eoque delectationem omnem ponit, vt Dei voluntati plene fiat satis; semper hilarius & latus est, & nemo eam hac letitia priuare poterit. Poterit quidem superior eum officio & collegio priuare, non autem delectatione, qua hic fruitur, quod illum certo alicui loco vel officio non alligat, sed solum vt Dei voluntati vndiq; fiat satis. Ideoque semper delectationem illam secum fert, quocunq; loci fuerit, & quocunq; munere occupetur. Si ergo vsq; latus & hilarius esse velis, omnem in hoc delectationem colloca, vt in omnibus Dei voluntati obsequaris, nec voluntatem huic vel illi negotio applica, nec eandem tu ipse complere stude: hoc enim medio ad delectationem non peruenies, sed in fausta fastidia & tædia tibi parabis.

§. Est superbia.

Maiores lucis gratia; quod vulgo tristitiæ & melancholiæ solet esse causa & radix, non est melancholicus ille sed superbæ humor, qui multum in animo nostro dominatur, vt diximus, dum de humilitate ægeremus; & certum est, quamdiu hic humor regnabit, nunquam tibi tristitias & melancholias defuturas, semper enim occasiones se offerent, & in tristitia & dolore viuendū tibi erit. Ad quod reduci potest, quod paulo ante diximus, aliquem indifferentem non esse ad quiduis, quod obedientia imperabit; labor enim & difficultas nō in officio, quod nobis proponitur, sita sunt, & maior labor & difficultas in magnis officiis & dignitatibus, quæ appetimus inuenitur, sed in superbia & honoris cupiditate. Hæc nobis id laboriosum, & onerosum reddit, quod facile & leue est; eamque nobis tristitiam & melancholiam adfert: imo sola cogitatio & metus, si nobis tale quid iniungatur, ad hoc sufficet.

Vnde facile colligere ait, ad huic tristitiæ medendum, nullum aptius remedium inueniri, quam humilem, & abiecto loco contentum esse. Qui enim hoc fece-

rit, omni hac tristitia & inquiete liber erit, & magna pace & tranquillitate fructur. *Discite a me, quia missus sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.* Hoc modo hæc verba exponit S. Augustinus, & dicit, si Christum in humilitate imitemur, nulla nos in virtutum exercitio laborem & difficultatem, sed magnam facilitatem & suauitatem senturos. Amor enim, voluntas & iudicium proprium hic difficultatem pariunt; quibus honoris, existimationis cupiditas, deliciarum, commoditatisque desiderium accedunt. Quæ omnia impedimenta humilitas aufert & discutit: Hæc enim hominem se parupendere & voluntati propriæ ac iudicio renunciare, honores, existimationem, omnia bona & delectationes temporales contemnere facit. Quibus sublatis nulla in virtutum exercitio difficultas & labor, sed magna pax & quies animaduertitur.

CAPVT V.

Ad orationem recurrere, magnum & efficax remedium esse ad tristitiam prostigandam.

AIT Cassianus, plurimum in quauis tristitiæ genere, ex quacunque etiam causa natae conducere, ad orationem confugere, & Deum cogitare & vitæ æternæ nobis promissæ spem ob oculos habere. Hoc enim modo omnia nebula fugantur, & serenitas redit, & abit tristitiæ spiritus. Dauid enim citharam pulsante spiritus malus, qui Saul inuaserat, fugiebat & illum deserebat. Hæcque causa est, quod sanctus Iacobus in sua Canonica nobis hoc remedium assignet: *Tristetur aliquis vestrum oret.* Dicitque Propheta Dauid se hoc remedio visum fuisse: *Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum. Cantabiles mihi erat iustificationes tua, in loco peregri-*

reginationes mea, id est, erant mihi cantica
solatium. Si ad tristitia nos liberandos,
sufficit cum aliquo amico agere; quanto
magis conducet cum Deo tractare? Ideoq;
Dei seruus & bonus religiosus ad fugan-
dam tristitiam & melancholiam non hoc
vteretur remedio, vt loquatur, distrahat &
sensus effundat, nec vt vana & profana
legat, multo minus canat; sed vt ad Deum
recurrat & orationi se det: hoc eius sola-
men & quies esto.

Examinant hoc sancti, quod in sacra
scriptura habetur, quod quadraginta di-
luuii diebus elapsis, Noe atq; fenestram
aperuerit, & coruum emisit, vt ex-
ploraret, an terra iam sicca esset, vt de-
scenderet: qui ad illum reuersus non
est; & statim post, columbam emisit,
Quae (teste sacra scriptura) cum non inue-
nisset, vbi quiesceret pes eius, reuersa est ad
eam in arcam. Quærunt sancti, quando-
quidem coruus reuersus non est, quod
inuenit, vbi quieuerit pes eius, quo-
modo scriptura dicat, columbam non
inuenisse, vbi quiesceret pes eius: respon-
dent coruum lutum & cadauera sedisse,
sed columbam albam, simplicem & bel-
lam cadaueribus non pasci, nec luto &
sordibus insidere; & ideo in arcam re-
uertit, quod non inuenisset, vbi pes ei-
us quiesceret, nec pedem figeret. Eodem
modo Dei seruus & bonus religiosus de-
lectationem in mortuis hisce & vanis
mundi deliciis non reperit; & propterea
vt columba ad cordis sui arcam reuertit-
tur, & totum solatium & quies omnium-
que labium & tristitiarum, leuamen est
ad orationem confugere Dei recordari,
ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramen-
tum accedere, & se cum Christo consolari,
& suos ei labores exponere & dicere:
Qui tui potest Domine me mæstum esse,
cum in domo tua & consortio sim? In
verbo illo Regii Propheta: *Dedisti lati-
tiam in corde meo.* ait S. Augustinus: *Non er-
ge furis quærenda est latitiam, sed intus in in-
tore homine, vbi habitat Christus, in ipso
corde in illo cubiculo, vbi orandum est, vt
Christus seruator noster docet.*

Refert de S. Martino Episcopo Seue-
rus Sulpitius, orationem laborum & de-
fatigationum leuamen ei fuisse. Vti fabri
ferrarii vt paulisper respirent à labore,
soliti sunt, aliquot irritos malleorum
ictus in incudem dirigere; sic & ille, dum
orabat, putabat se quiescere. De alio
quodam Dei famulo refertur, quod in
cella sedens maxima tristitia & incre-
dibili dolore repletus, quo Deus ad
certum tempus illum exercere voluerat,
audiuit vocem sibi intus in animo di-
centem: *Quid hic ociosus facis & te
consumis? Surge, & passionem meam
perpende. Surgens, cepit maxima eum
attentione passionis Christi mysteria
meditari, & statim tristitia recessit, ani-
mum, & solamen recepit; & hoc ex-
ercitium continuans, nunquam am-
plius deinceps talem tentationem fen-
sit.*

De S. Marti-
no.
Seuerus Sul-
pitiu.

B. Henrico
Suso in horo-
logio sapien-
tia c. 14.
Religiosus ex
meditatione
passionis Chri-
sti solatium
inuenit.

CAPVT VI.

*De consueta & ordinaria quadam
tristitia radice, qua est, quod Deo
quis, vt debet, non inseruiat, &
de magna letitia, quam bona
conscientia secum ad-
ducit.*

VNA præcipuarum causarum & radi-
cum, ex quibus tristitia & melancho-
lia proueniunt, est, quod quis non recte
cum Deo ambulet, quodq; se non secundum
conditionis & professionis suæ qualita-
tem gerat. Id quod quisque re ipsa & in se
experitur, dum enim magno cum seruire
& solitudine profectui suo studet, tanta
letitia & delectatione repletur, vt fere il-
lam non capiat, dum vero, quod muneris
sui est, non exequitur, tristis, & consolati-
onis expers est: *Cor nequam grauabitur
bitur in doloribus, ait sapiens: Et cor pra-
uum dabit tristitiam.* Propria & natura-
lis peccati conditio est, tristitiam & do-
lorem animo ingenerare. Quod &
Cain, simulatque peccarat, signi-
ficatum

Tract. 1. c. 10.
Tristitia ori-
tur ex negli-
genti deser-
uitio.

Eccles. 3. 16.
Eccles. 36. 22
Propria con-
ditio peccati
est, tristitia,
ostenditur in
Cain.